



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

XVII. Markgraf Ludwig vereignet auf Bitte des Raths zu Eberswalde dem Elenden-Altare in der Pfarrkirche daselbst Hebungen aus der Hegermühle, am 8. August 1339.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

XVII. Markgraf Ludwig vereignet auf Bitte des Raths zu Eberswalde dem Glenden=Altare in der Pfarrkirche daselbst Gebungen aus der Hegermühle, am 8. August 1339.

Noverint etc. Quod nos etc. Ob iugem perpetuamque memoriam animarum predecessorum nostrorum bone recordationis marchionum brandenburgensium, nostri, heredum et successorum nostrorum et ad instantiam discretorum virorum consulum civitatis nostre Eberswald appropriavimus et presentibus appropriamus in medietate molendini dicti Hegermül vnum frustum annue pensionis et derivationis altari exulum in ecclesia parochiali civitatis predictae sito, quod predicti ciues a Strenuis viris filiis quondam strenui militis Tydekini de wilhelmstorp debito pretio comparauerant, perpetuis temporibus pertinendum. In cuius Testes dux de decka, hufener, Bombrecht, Zyckow. Datum Berlin, anno domini M^o. CCC^o. XXXIX in die beati Cyriaci.

Nach dem Copialbuche M. Ludwig I., betr. die Vogtei Barnim n. Nr. 10.

XVIII. Markgraf Ludwig bestätigt eine Grenzregulirung, welche sein Beamter Markwart Loterbeck zwischen dem Kloster Chorin und der Stadt Eberswalde getroffen, am 17. Februar 1340.

Noverint universi tenorem presentium inspecturi, quod nos Ludovicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusatiae Marchio, Comes palatinus Rheni, Dux Bavarie sacrique Romani Imperii archicamerarius, ratificavimus, ratificamus, approbavimus et presentibus approbamus decisionem distinctionum terminorum et limitum, supra quibus actio et lis inter honorabilem Virum Johannem Monasterii Corinensis Abbatem et Capitulum ibidem et universitatem Civitatis nostre Eberswald pro tempore movebantur et mote fuerant per strenuum virum Marckardum Lothepocken, Officiarium nostrum dilectum, qui in hac parte autoritate nostra suffultus fuerat, deliberate factam, sic quod Abbas et Conventus Monasterii predicti Fluvium, dat Koldewater vulgariter nominatum, cum suis decursibus et meatibus debitis, ipsaque universitas civitatis nostre predictae fluvium, dictum Rogose, cum suis meatibus et cursibus debitis, ultra quem pontem pro utilitate et commodo terre edificare debebunt, perpetuis temporibus utroque sine inquietatione qualibet obtinebunt. In cuius ratificationis nostre Testimonium sigillum nostrum presentibus est appensum. Testes vero hujus sunt nobilis vir Günterus Comes de Swarzenburch, Dominus Johannes de Buch, Capitaneus noster dilectus, Johannes Hufener, Camere nostre Magister, Bergarius Heylo, Marschalkus, Milites, Marckardus Lothepocke, Officiarius noster dilectus, cum ceteris pluribus fide dignis. Datum Berlin, Anno Domini MCCC. quadragesimo, feria quinta ante Dominicam, qua canitur Exurge quare.

Aus v. d. Sagen's Beschf., S. 252.